SAMMELHANDSCHRIFT
14. bis 15. Jh. Seite 26v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26449
Copyright: Admont, Benediktinerstift



omnino aufertur superbia. quia sapiencia et forti
tudo et omnes opes reputantur in nichilum. et
ista est sola gloriacio. ut sciat et intelligat quod
ipse sit dominus. Ex isto quoque loco sumpsit apostolus
paulus illud exemplum quod ad chorintios
scripsit. Qui gloriatur. in domino glorietur. Ubi sunt
ergo illi qui dicunt hominem proprio arbitrio re
gi? Ubi sunt ergo illi qui dicunt. quod a nobis
bonum inchoare possimus? Nequaquam illis
credere debemus. quia nec cogitare. Quan
to minus perficere ualemus bonum. nisi ipso do
domino donante. Ergo si domini gracia largiente. bo
num opus peregeris. et ea que beatitudini tue scrip
si perfeceris. non tuis uiribus. non tuis meritis
hoc tribuas. sed illi qui in te operatur et uelle et
perficere pro bona voluntate. Cui est honor et potes
tas et imperium. per infinita secula seculorum amen. In

Incipit liber beati augustini de decem cordis.

Dominus et deus noster misericors et miserator
longanimis et multum misericors et verax.
quam largiter prorogat in presenti seculo. Verba
que dixi scripta sunt. et diuinis auctoritatibus
continentur. quia misericors et miserator dominus. lon
ganimis et multum misericors et verax. Multum
delectat omnes peccatores et amatores huius seculi. quia
misericors et miserator dominus. quia longanimis et mul
tum misericors. Sed si amas multamina. time
ibi et ultimum quod ait. et verax. Si enim nichil aliud
diceret nisi misericors et miserator dominus et multum